

charistiae per viaticum ministrare absque parochi licentia.

XV

Extrahentes absque legitima venia reliquias ex sacris coemeteriis sive catacumbis urbis Romanae ejusque territorii, eisque auxilium vel favorem praebentes.

XVI

Communicantes cum excommunicato nominatim a Papa in crimen criminoso, ei scilicet impendendo auxilium vel favorem.

XVII

Clericos scienter et sponte communicantes in divinis cum personis a Romano Pontifice nominatim excommunicatis et ipsos in officiis recipientes.

Excommunicationes LATÆ SENTENTIÆ Episcopis sive Ordinariis reservatae. (m)

Excommunicationi latæ sententiæ Episcopis sive Ordinariis reservatae subjacere declaramus :

(m) Hic agitur solummodo de censuris latæ sententiæ quarum absolutio Episcopis reservatur *de jure communi*. Sunt alii casus reservati *de jure diocesano vel provinciali*, de quibus consulenda est localis disciplina et presertim Decretum XIII Concilii Quebecensis Quinti *De casibus reservatis*.

Ex. Trid. Sess. XXIV. c. 6. datur facultas Episcopis absolvendi a casibus papalibus *occultis*, sed hec facultas non sese extendit ad casus *speciali modo reservatos*.

Quando vero agitur de personis que Romam petere nequeant, prout sunt senes, impuberæ, infirmi, captivi, pauperes, mulieres, Episcopi possunt jure communi absolvere etiam a casibus *speciali modo reservatis*, excepta tamen *absolutione ejus qui complicem absolvit*.